Modi Acquirendi Dominium Naturales ſunt

- 1\. *Occupatio, eaque Dividitur in*
  - 1\. *Venationem.*
  - 2\. *Occupationem bellicam.* } *v. pag. præc.*
  - 3\. *Inventionẽ, atq; hæc eſt 1. Rerũ inanimatarum quæ ſunt Nullius*
    - *Natura, ubi inventa inventoribus cedunt.* e. g. lapilli, gemmæ &c. §.*18. I. h. Hodiè* verò cùm *Domini Territorii Jure Regalium de Littoribus quoque diſponant Inventionis Jus in iis reſtringere ſolent*: ita prohibita eſt Succini in Boruſſia. *v.* Preuß. LandR. *l. 3. t. 1. a. 3.* §.*3.* Struv. [illegible] *J. C. Ex. 41. th. 22.* & Auri in Rheno collectio. Maier. *ad I. h.* §.*18.* ſolentq[illegible]e Territoriorum Domini jus legendi conchas, corallia, uniones ſibi vindica[illegible]e. Strauch. *Inſt. Jur. Publ. l. 2. t. 4.* §.*3. Diverſa* ab hac *eſt Inventio Rerum Amiſſarum, hæ cum animo lucrandi contrectantur furtum committitur. l. 9.* §.*f. ff. h. l. 43.* §.*4. ff. d. furt. Sive ſint Bona Naufragorum. Auth. Navigia. C. d. furt. O. C. a. 218.* improbata Conſvetudine contraria. *d. art.* quam prætendentes Mandatis ſine clauſula ad reſtitutionem compelluntur in Camera. Gail. *l. 1. O. 18. n. 7.* Non tamen Prohibet *idem art.* Vicinis operam in conſervandis rebus adhibentibus ſolvi redhoſtimentum fortè receptum, quod appellatur Berge-Geld. Mev. *P. 9. d. 172. Sive Aliorum qui Fortuito quid Perdiderunt.* §.*f. I. d. R. D. Ubi Inventores Libellum ſolent proponere,* in quo oſtendant ſe inveniſſe reddituroſque deſideranti Domino. *l. 43.* §.*8. ff. d. furt. In Saxonia tenentur Publicam Proclamationem procurare*, qua facta *Dominus ſub Diverſa Juriſdictione exiſtens Tertiam Partem Inventori relinquit,* ſed nemine intra 6. hebdomadas comparente Dominiumque probante Duæ Partes Fiſco aſſignantur, Tertia Inventori cedit. [illegible]R. *l. 2. a. 29. 37.* (qui docet idem in rebus furibus raptoribusve extortis obtinere) *id quod hodieque attenditur.* Carpz. *P. 2. C. 3. d. 15. P. 3. C. 31. d. 18. Inventor Proclamat[illegible]n prætermittens Arbitraria Pœna afficitur,* maximè ſi inventionem negaverit. [illegible] *Pr. Cr. q. 86. n. 9. ſeq.* Jure Civili Præmia Inventionis, quæ εὕρετρα dicuntur, accipere licet, ſed petere probro ducitur. *l. 43.* §.*9. ff. d. furt.*
    - *Tempore: ut Theſauri, qui*
      - *Eſt* vetus quædam depoſitio pecuniæ (i. e. rei pretioſæ mobilis. *l. un. C. d. theſaur.*) *Conf.* Ziegl. *d. J. Maj. l. 2. c. 20. th. 6.* cujus non extat memoria, ut jam Dominum non habeat. *l. 31.* §.*1. ff. h.* Cuſtodiæ gratia igitur Depoſitæ rei non eſt theſaurus, ſed ejus furtum fit. *d.* §.
      - *Jure*
        - *Hodierno haud paucis in locis cedit Fiſco,* de quo cum non conſtat *Jus Civile in dubio obſervandum eſt, eoque utitur etiam Saxonia El. P. 2. C. El. 53.* (ubi explicatur textus LR. *l. 1. a. 35.*) Carpz. *d. C. d. 4.* Heig. *l. 1. q. 13. n. 66. & præc. j.* Coler. *dec. 100.*
        - *Civili Invenitur in Solo vel*
          - *Proprio, & Acquiritur ejus Domino.* §.*39. I. h. Leg. un. C. d. theſ.*
            - *Etiam Revocabili. l. 60. ff. d. R. V.* (Maritus tamen ex invento in fundo dotali ſaltem dimidiam partem retinet, ac ſi in alieno eum inveniſſet. *l. 7.* §.*12. ff. ſolut. matr.*) *aut Utili*: ut Emphytevtæ, Vaſallo, ſed ita ut Domino directo eo caſu propter Directum Dominium ſua quoque debeatur portio, dominium enim utrique commune eſt. *d.* §. *d. l. un. j. II. f. 55. 8.* §. *rei. Conſ.* Bonacinna apud Struv. *S. J. F. c. 12. a. 5. n. 2.* (pro Vaſallo ad excludendum Dominum directum diſputat Roſenthal. *d. feud. c. 5. concl. 93.* eandem ſententiam pro recepta in Praxi agnoſcit Schulz. *S. I. t. d. R. D. l. aa.*) Non tamen Jus ad rem vel aliud Jus in re habenti. *l. 63.* §.*3. 4. ff. h.* ut uſufructuario, neque theſaurus in fructum computatur. *l. 7.* §.*12. ff. ſol. matr.* Carpz. *P. 2. C. 53. d. 6.*
            - *Modo citra Artes Illicitas* (ut magicas) *ſit repertus*, iis enim adhibitis fiſco cedit. *a. l. un. C. d. theſ. j. l. 5. C. d. malef. l. 9. ff. d. jur. fiſc.* Berl. *P. 2. Concl. 66. n.* .
          - *Alieno. v. pag. ſeq.*
    - *Facto. v. pag. ſeq.*
- 2\. *Acceſſio. v. pag. ſeq.*
- 3\. *Traditio. v. pag. ſeqq.*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn336914644/520
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG